



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XLVI. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster Marienpforte gewisse
Hebungen von Geld und Rauchhühnern in Weghun, welche es von dem
Bürger Rudolph Gotow gekauft hat, am 4. Juli 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XLVI. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster Marienpforte gewisse Gebungen von Geld und
Ranchhühnern in Weghun, welche es von dem Bürger Rudolph Gotow gekauft hat,
am 4. Juli 1338.

In nomine sancte et individue trinitatis, Amen. Ut ea, que sub tempore fiunt, non simul cum tempore labantur, necesse est, ut litteris autenticis ac ydoneorum voce testium robor accipiant firmitatis eterne. Hinc est, quod nos Ludowicus, dei gracia etc. omnibus tam presentibus, quam futuris notum facimus publice protestando, quod divine remuneracionis intuitu ac predecessorum nostrorum animarum ob respectum, devotis in Christo personis nobis dilectis sanctimonialibus claustrari boycenburg bona infra scripta, videlicet quinque talenta reddituum et septem solidos in censu octo manforum et dimidii ac in taberna cum decima maiori ac minuta in villa weghun, omnesque pullos fumigales ville tocuis eiusdem, tribus exceptis, que quidem bona a Rudolfo gotow et suis fratribus, civibus in premzlaw racionabiliter emerunt, damus et approbamus cum omni proprietate sine omni periculo ac impedimento perpetuis temporibus pacifice possidenda. Renunciamus eciam pro nobis et nostris successoribus in bonis supradictis omni iuri, actioni et inpeticioni nobis pro nunc competentibus, vel que nobis in eisdem competere possent aliquo modo in futurum. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero sunt strenui milites almannus de Deygenberge, Johannes Hufener, Camere nostre magister, Gerhardus wolf, Dominus Johannes de Kungefperge plebanus, nycolaus Oldria civis de premzlaw, adam civis de Pofewalk, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Frankinfurth, Anno Domini millesimo CCC^o tricesimo Octavo, in die Uldaricj.

XLVII. Probst und Abbtissin versprechen dem Nicolaus von Worm zwei Mal jährl. Vigilien
und Seelenmessen zum Andenken seiner Eltern für zwei Talente brandenburg. Silbers,
am 5. Januar 1340.

Ad certam ac perpetuam rerum gestarum in nomine dei memoriam. Nos Petrus prepositus, Odilia abbatissa de permissione divina, Totusque conventus sanctimonialium in boycenborch camynensis dyocesis, Recognoscendo et protestando presentibus ad universonum atque singulorum in perpetuum noticiam volumus pervenire, quod Nicolaus, filius olim Hinrici dicti Worm pie memorie, ammonitus et inductus hoc videlicet verbo: „si dileximus viventem, diligamus mortuum“ a nobis, de bonis sibi a deo omnipotente concessis et ad ipsum de suis progenitoribus iure hereditario devolutis, duo talenta reddituum in prompioribus redditibus ville nostre herfleve pro duodecim marcis argenti rite et racionabiliter comparavit, que conventui nostro ad faciendum servicium singulis annis duabus vicibus, videlicet dominica ante diem beati Georgii, vel proxima post una vice, atque dominica ante Mathei vel proxima post altera vice, prout dicto conventui magis videbitur expedire, et ad ministrandum nobis universaliter in carnibus et cervisia valentibus, perpetuo